



Consilia Seu Responsa Juris

Schmalzgrueber, Franz

Augusta Vindelicorum & Ratisbonae, MDCCXL

Cons. LVI. Juramenti. Admittitur in causa præsenti Reus ad Juramentum purgatorium, cùm alia non suppetat Probatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72304](#)

hauen, und kunte sich der Anstosser, wann man ihm Seithen des Eygenthumers hie-
rinn Gewalt wolte anlegen, sich defendiren
*ex interdicto de munienda ripa per dicta
num. 80. & 81.* Ein anderes ist zu halten
von dem andern distinctionis prædictæ casu,
da der Anstosser seinen Schaden auf an-
dere Weiß hätte wenden können, und der
Eygenthumer durch Einlegung sothaner
Kaiser an seinem Recht des Schiffens, und
Fischens merckliche Behinderung leyden
müsste; dann in solchem Fall ihm dem Ey-
genthumer die à num. 83. exponire inter-
dicta zu Gute kommen. Ja er ist auch be-
rechtigt in sothanem casu, daß er solchen in
sein Wasser gemachte Bau durch Abhauung
gemeldter Kaiser eygenmächtig abthue: cùm
enim ædificium factum in alieno solo, ce-
dat solo, kan ermeldter Eygenthumer von
disem Bau pro utilitate sua disponire,
tanquam de re sua, doch ohne Schaden des-
sen, der sothanen Bau geführet: darum
dann per arg.

l. lex 12. tabularum i. f. detign. junc.
die abgehauene Kaiser disrupto ædificio;
mögen vindiciret werden. Aus welchen dann
folget responsio

Ad 6. etum. Massen in solch anderm casu, 110,
und da dem Schaden, welcher von dem
Fluß zu befahren, auf andere Weiß gesteu-
ert kan werden, oder dem Eygenthumer an
seinen Rechten ein grösßerer Schaden, als
dem Anstosser, zukomme, et der Anstosser
dahin gewisen solle werden, daß er pro mu-
nienda sua ripa in contienti suo verbleibe,
und allein das Ufer von der Afluenz des
Stroms verwahre; nam, ut dictum est
num. 83. hujusmodi molitiones fieri ne-
queunt cum damno tertii, & multò minus
cum prejudicio boni publici: von dessen
Größe aber wird die Dijudicatur per dicta
num. 77. dem Prætori, und hodierno jure
dem Magistrat gebühren. Ita salvo melio-
re &c.

CONSILIIUM LVI.

De oblatione Juramenti purgatorii in causa pecu- niæ præstitæ, cuius præstatio probari nequit.

S U M M A R I U M .

1. *Facti species.*
2. *Solutio, cùm in facto consistat, non præsu-
mitur.*
3. *Juramentum purgatoriorum desertur, quando
alia probationes desciunt.*
4. *Consideranda est persona, cui desertur jura-
mentum.*
5. *Juramentum purgatoriorum inventum est ad
elidendam suspicionem de crimen.*
6. *Ille, de cuius probitate habentur praeficia,
potest admitti ad juramentum etiam in qua-
stione facti.*
7. *Proprii oris confessio est optima probatio,
quando est absoluta, & non limitata.*
8. *Eriam in causis criminalibus locum habet jura-
mentum purgatoriorum:*
9. 10. *Item in causis civiliter intentatis.*
11. 12. *Reo, contra quem adducitur probatio
semiplena, deferri potest juramentum purga-
toriorum.*
13. *Deciditur quæstio.*

FACTI SPECIES.

I.



Licinius Excellentissimi Domini Comitis sui Camera ex æ-
ratio contributio-
num An. 1698. sub-
ministravit 800. fl.
ex hac Summa per
affiliationem, à
dicta Camera fa-
ctam, recepit 450. fl. ita, ut solvendi re-
starent 350. verum eodem anno 1698.
summa tota 800. fl. per binas vices, unam,
quâ 300. alteram, quâ 150. fl. tum Excel-
lentissimo, tum Excellentissimæ piissimæ

memoriae præstitit iterum, redintegrata
fuit. Hujus sui crediti testem apocham,
quamvis saxe petitatam, non obtinuit.
Quæstor Excellentissimi, cui pecunia ita
fuit præstata, jam decennio abhinc mor-
tuus est. Tam iste, quam ipse Licinius,
ille ob moram, quâ distulit apocham de
credito accepto dare, ille ob incuriam,
quâ neglexit hujus expeditionem studio-
sius urgere, non vacant culpâ; ignoscen-
dum tamen ipsis videtur, quod juris igna-
ri essent. Est Licinius vir cætera
probos, qui fidelitatem suam Excellentissi-
mis saxe, & præstum An. 1721. pro-
bavit, quippe qui, cùm tunc in rationi-
bus, ab ipso redditis, ultra pecuniam,
quam

quam ratione administrationis suæ debet
bat inferre aerario, in valde considerabili
summâ reperiatur excessus, hicque ipsi ad-
judicatus fuisset, illum, quod ad se iste
non pertineret, acceptare renuit. Qua-
re, conscientiæ suæ confusus, cùm aliud
remedium, quo probet, pecunias quæ-
stionis à se revera solutas esse, non super-
sit, adjuramentum purgatorium sese offert.
Proinde

QUÆRITUR,

*An Licinnius ad juramentum
purgatorium præstandum ad-
mitti debeat?*

2. **N**isi Licinnius admittatur ad præstandum
hoc juramentum, ad incitas redige-
tur: & propterea, tanquam vir probus,
commiseratione omnino dignus, & omni,
quo potest, modo juvandus videtur. Dif-
ficulter autem appetit, quomodo juvari
possit, ob sequentes rationes dubitan-
di.

Nam imò solutio nullum habet effe-
ctum, nisi certò constet, eam actu intervenisse. Actu autem eam intervenisse, cùm
in factò constat juxta

*l. consilio 7. §. quæsumus est 3. ff. de curator.
furiis.*

non præsumitur, sed probandum est ab eo,
qui se solvisse affirmat.

*l. fin. C. de solut. l. ut creditor i. C. de pro-
bat.*

quippe cùm in jure paria sint non esse, &
non apparere. Modi autem probandi solu-
tionem vulgares, & præcipui sunt imò
per apochas, & alia instrumenta, qui-
bus pecuniae solutæ professio contine-
tur.

l. pecunia 14. C. de solution.

2. per testes regulariter duos, summæ, at-
que integræ opinionis, & fidei.

Sande decif. Fris. lib. 1. tit. 10. decif. 1.
Freyer, tract. 11. memb. 2. Struv. ad ff.
exerc. 47. thes. 76. Müller. ad eundem l.
cit. lit. 2. ubi addit.

Testibus ipsis non credi, nisi etiam depo-
nunt, & dicant, ex qua causa solutum fue-
rit.

Mascard. de probat. vol. 3, concl. 13. 18.
n. 16.

3. per alias præsumptiones, & conjecturas,
v.g. ex redditione Chirographi, modò de-
bitor probet, id à creditore sibi redditum
esse; nam, ut

l. Labeo 2. §. & ideo 1. ff. de Past.

Paulus JCtus ait, si debitori meo reddiderim
cautionem, uidetur inter nos convenisse, ne pete-
rem. Si de hoc non constet, & tamen in-
strumentum reperiatur apud debitorem,
præsumpto solutionis per jusjurandum eli-

denda à creditore, vel aliquando supple-
da à debitore inde inducitur.

Freyer. tract. 11. cit. memb. 1. n. 19.
Struv. thes. 76. cit.

vel si Chirographum apud creditorem can-
cellatum reperiatur.

Struv. l. cit. & ibid. Müller. lit. K. qui
addit, de hoc casu juxta DD. accipien-
dam l. si Chirographum 24. ff. de pro-
bat.

Item si creditor per multos annos creditum
petere distulerit, & de cætero non sit ad-
modum dives.

Viv. decis. 481. n. 1. Menoch. lib. 3.
præsumpt. 135 n. 5. Klock. tom. 1. cons.
80. n. 17. & seqq. Carpz. l. 5. resp. 104.
n. 10. & 11. Lauterb. ad ff. tit de solut.
§. 35. Struv. thes. cit. & ibi Müller.
lit. 9.

In præsenti autem casu, cùm quæstor, cui
Licinnius solvisse se dicit, jam pridem de-
cesserit, & ab hoc ipse syngrapham, factæ
solutionis testem, non habeat, & simul aliæ
præsumptiones, ac conjecturæ, quæ ipsum
juvent, deficiant, non videtur ejusdem as-
sertioni credendum. Et quidem, licet
ad juramentum purgatorium sese offe-
rat.

Quamvis enim aliæ 2dò juramentum
hoc Judex competens, qui nimur de ne-
gotio, de quo reus diffamatus est, etiam ex
Officio

c. cùm dilectis 15. infin. de purgat. Canon.
l. præsenti 6. §. sed si hoc 4. §. sicubi. C. de
his, qui ad Ecclesiam &c. Ord. Cam. p.
2. tit. 10. §. Es sollen, und mögen
auch 2c. Gaill. l. 1. obs. 108. n. 5. &
seqq. Carpz. de process. tit. 12. art. 3. n.
1. & seqq. Setter. de juram. lib. 3. c.
11. n. 11. & seqq. Beust. in rubr. de
jurejur. n. 201.

& partibus non petentibus, deferre pos-
sit.

Gaill. l. cit. Berlich. p. 1. concl. 53. n.
36. & seqq. Carpz. de process. art. 3. cit.
n. 6. & p. 1. const. 22. defin. 15. Lauter-
bach ad ff. tit. de jurejur. §. 47. Müll-
er. ad Struv. exerc. 17. thes. 44. lit.
B.

ita, ut per tale juramentum reus consci-
entiam suam purget, & suspicione, quæ con-
tra eum erant, elidat, jurando, se non te-
neri ad debitum, cuius solutio ab ipso peti-
tur, vel se non commississe crimen, cuius com-
missi suspicione laborat.

Beust. ad l. 31. de jurejur. n. 19. Müller.
thes. 44. cit. lit. a.

Judex tamen in juramento hoc deferendo
magnum debet habere providentiam
personæ, ac circumstantiarum, & imprimis,
antequam illud deferat, inspicere, si suspi-
ciones ex probabilibus conjecturis sint or-
tæ, quæ apud bonos, & graves generent
scandalum, & utrum tale crimen non aliter
probari possit.

3.

6. ins

e. inter 10. & c. cùm dilectis 15. in fin. de purgat. Canon. Carpz. pract. crim. p. 2. q. 97. n. 10.

nam, quando crimen aliter probari potest, vel adiunt indicia sufficientia ad torturam, non est indicenda purgatio.

Vallens. de sensu Ricci decis. 680. Ziegler ad instit. Lancellot. de purgat. Canon. §. 2.

ubicunque enim est maleficium, ibi, ut pena solvatur, magna suadet ratio, ut notat Gajus

l. si à reo. 70. §. fin. ff. de fidejussor. Grot. de jur. bell. & pac. c. 20. §. 2. Müller. ad Struv. thes. 45. lit. δ.

Tunc ergo solum purgatorium juramentum defert Judge, quando alia probatores legitimæ deficiunt, talia vero adiunt indicia, quæ aliquem suspectum reddunt; sive, ubi magna de criminis suspicio, ne tam magna probatio est.

e. nos inter 6. de purg. can. c. fin. in fin. de jurejur. l. præsenti 6. §. sed si hoc. 4. §. si cubi. C. de his, qui ad Ecclesiam. Recess. Imp. de an. 1548. tit. Wie gegen denen. §. 1. Ord. Cam. p. 2. tit. 10. Carpz. de process. tit. 12. art. 3. n. 7. & seqq. & Jurispr. Consistor. l. 3. def. 47. Müller. thes. 45. cit. lit. α.

In casu autem præsenti contra Licinium non videtur deesse probatio; fatetur enim, se pecunias questionis sumpsisse ex cassa contributionum: unde ad illas in banc restituendas ex proprii oris confessione (quæ optima probatio est) tamdiu tenebitur, quamdiu non probaverit, cui pecunias illas præstiterit. Cum ergo probare hoc nequeat, habebitur pro convicto, nec admitti poterit ad juramentum purgationis. Et hoc eò minus, quia

4. 3. Judge in deferendo, vel admittendo juramento isto præter alia præcipue considerare debet personam illius, cui deferendum, vel à quo admittendum esset juramentum istud; licet enim illud injungatur ut plurimum reo suspicionibus gravato.

l. fin. §. fin. vero §. C. de jur. domin. impt. strand. auth. novo jure. C. de pœn. Jud. qui mal. judic.

& aliquando etiam actori, ratione scilicet exceptionis à se opposite, si v. g. neget, se pecuniam creditam recepisse, & de hujus receptione suspiciones, semiplenâ probatione leviores, adfuerint.

Vallens. ad tit. de purgat. can. n. 6. Carpz. lib. 3. cit. def. 465. n. 15. Laufer. ad tit. de juram. §. 48. & 49. Struv. exerc. 17. thes. 45. Müller. ibid. lit. β.

tamen in eo deferendo non facilis, sed circumspectus, & providus esse debet, sed tum demum, ubi etiam personam rei suspecti, ejusque qualitates ritè considera-

verit, pro discretione sua deferre potest.

Carpz. l. 5. resp. 49. n. 16. & l. 2. resp. 67. n. 11. & seqq. Zanger. in oratione annexâ tractatus de exception. p. 871. Müller. ad Struv. exerc. 49. thes. 98. lit. α.

nam infamatus, cui deferendum est juramentum purgatorium, debet esse persona fide digna, & à quo non metuitur perjurium.

can. ille, qui hominem §. caus. 22. q. 5.

Perjurio enim neutquam est via aperienda, vel occasio ad illud danda.

Ant. Corneus de absol. for. juram. promiss. p. 3. q. 5. n. 28. Müller. ad Struv. exerc. 17. thes. 45. lit. β.

sive deinde illud subtili mentis reservatio ne fiat, e. g. quia obtentu pœn tentia de criminis commisso, ille dicit, se ab isto immunem esse, aut quocunque alio modo, qualis etiam est metus in enormiter peccante, quem jura non præsumunt verum dicere etiam per juramentum.

Abb. in c. Nobilis 1. de purgat. canon. Amelius lib. 4. de conscient. c. 22. q. 5. §. 19. Müller. lit. β. cit.

Hinc facilis à nobili accusato, quā ab ignobilis purgatio Canonica admittitur.

Alciat. præsumpt. 48. circa fin. Facilius item defertur illud in causa suspicionis de criminis leviiori, quā ubi agitur de sanguine, & vita; quamvis enim nemo communiter præsumatur Divinæ gratiae renuntiare, & peccatum grave committere velle ad evitandum aliquod incommodum, infra capituli periculum subiustens, paucis tamen ea animi vis est, ut mortem oppetere velint, quā perjurium committit.

Pufendorff. jurispr. univ. Element. l. 1. c. 12. n. 39. Müller. ad Struv. exerc. 17. thes. 45. lit. δ.

Imò in tali casu, ubi crimen in judicio ne semiplenè quidem probari potest, ex communi TT, licet æquivocare, &c., qui illud commisit, negare se commisisse, subintelligendo scilicet, ut istud sit probabile in judicio. Tale autem, si non perjurii, sicut æquivocationis periculum est in casu præsente; nam Licinius, videns, quod probari in judicio nequeat, illum in pecunia contributionum male versatum esse, dicto æquivocationis beneficio uti poterit: ut adeò per juramentum purgatorium probatio innocentiae evinci vix possit. Præterea etiam

5. 4. Non videmur versari in materia, circa quam deferi, vel acceptari juramentum purgatorium possit; nam hoc præcipue videtur introductum ad elidendam suspicionem de criminis. Hinc purgatio Canonica, quæ fit per ejusmodi juramentum, communiter definitur, quod sit ostensio in-

nocentiae de criminis objecto, juxta præscriptum SS. Canonum facta.

Holt. in summ. de purgat. Canon. n. 1.

Sylv. V. purgatio. princ. Vallensi. ad tit. de purgat. Canon. n. 1. Pirhing ibid. n. 1.

König dict. tit. n. 1.

In praesenti autem casu non agitur de criminis, vel si crimen aliquod intervenisset, saltem de eo non agitur criminaliter, sed civiliter tantum, & ad obtainendam veritatem, an revera Licinius pecunias quæst. ut præfert, expenderit.

6. Ad hæc argumenta dari potest commo-
suntur. da responso. Nam ad unum fatetur Li-
cinnius, se, stricto jure spectato, obliga-
tum esse ad probandum innocentiam suam;
dum enim negat, se quidquam debere æra-
rio contributionum, addendo, se pecu-
niam inde sumptam, solvisse quæstori Ex-
cellentissimi, te ille defendit negativâ, quæ
per

c. super hoc s. derenunt. c. fin. ¶ nos cau-
sam. de success. ab intestat. l. si filius 8. ff. de
probat. & DD. inter quos Pacian. de
probat. lib. 1. c. 36. n. 20. & seqq. Ho-
nor. ad tit. de probat. n. 11. Pirhing. ibid.
n. 11. Schambog. n. 7. König. n. 24.

Wiestner. n. 19.

à negante probari debet. Ratio est, quia,
qui uitur propositione negativa prægnante,
asserit aliquid. Afferenti autem in-
cumbit probatio, ergo &c. Similiter fa-
tetur sibi modum, quo prober, solutio-
nem pecuniaæ quæstionis Excellentissimi
à se factam esse, oportino deficere ex eo,
quod nec apocham, testem solutionis præ-
titæ, habeat, nec testes de ea facta produ-
cere possit, simul etiam præsumptiones, quæ
assertionem hanc ejus concludenter pro-
bent, pro ipso non militent. Quia tamen vir
probus est, & exemplo num. 1. in specie facti
adducto probavit, se aliena non appete-
re, ex æquo, & bono ad juramentum
purgatorium admitti potest, & debet, præ-
fertim, cum alijs, ut num. 2. in princ. dictum
est, ad incitas fore redigendum; nam ex-
cessum illum pecuniaæ, qui ex rationibus
redditis olim inventus est, sibi adjudicatum,
spreto aliorum hortatu, acceptare noluit,
in quo facto neglectæ quidem diligentia
in accepto, expensioque notando argui
fortassis posset, fidelitatem tamen, &
sinceritatem suam abunde probavit,
& sic istius, in aliis etiam negotiis
continuatæ, præsumptionem fecit, ut adeo
credi non possit, quod admissus ad jura-
mentum purgatorium cum salutis suæ dis-
pendio pejerare velit.

7. Ad secundum. Confessio Licinnii est limi-
tata; fatetur enim, se 800. fl. accepisse ex
causa contributionum, sed addit, se hanc
pecuniam præstissem quæstori pro Excel-
lentissimis suis. Unde, cum, ut modò di-
ctum est, præsumptionem fidelitatis, & in-
nocentiae pro se habeat, non potest absolu-

R. P. Schmalzgrueber Consilia.

tè pro convicto haberi, sed gaudere debet
Privilegio rei, qui de crimine quidem dif-
famatus est, quod tamen aliter probari ne-
quit. Quare, sicut iste, quando aliæ pro-
bationes, quibus innocentiam suam ostendat,
ipsum deficiunt, ad juramentum pur-
gatorium admitti debet, si sit persona fide-
digna, & famæ integræ, ita etiam Licin-
nius; non enim leve crimen ejusdem foret,
si pecuniam, ex cassa contributionum
sumptam, usibus propriis applicasset. Re-
gula proin, juxta quam optima probatio
est proprii oris confessio, intelligenda est
de confessione absoluta, quæ additam non
habet limitationem, quâ innocentia confi-
tentis monstretur.

Ad tertium. Excipiunt quidem DD. cau-
sas criminales, ubi agitur de criminis, ob
quod pœna corporis infligi potest, & in ta-
li causa negant juramentum purgatorium
ob periculum perjurii deferri, vel accepta-
ri posse; sed hanc ipsam exceptionem limi-
tant ad casum, ubi præsumptiones, contra
reum pugnant, non sufficiunt ad tortu-
ram, quo casu ajunt, etiam pro tali crimi-
ne juramentum purgatorium indici, & ac-
ceptari posse.

arg. c. fin. de purg. Canon. Heig. lib. 1. q.
40. n. 32. Carpz. p. 1. const. 22. def. 1. &
l. 2. resp. 67. n. 11. & seqq. item pract.
crim. 3. q. 117. n. 85. & q. 119. n. 52.
Struv. exerc. 17. thes. 45. Müller. ad
eundem exerc. 49. thes. 98. lit. a. ex cuius
doctrina loc. cit.

Juramentum hoc locum habet in genere,
quando quis suspicionibus de criminis com-
misso gravatus est, nec tamen ad torturam
perveniri potest. Et hoc præcipue proce-
dit in causis arduis, & gravioribus, ubi
indicia, & præsumptiones contra reum
militant, quin ille argumentis convinci
possit.

Wesenb. ad tit. de rit. nupt. n. 5. Beust.
ad rubr. de jurejur. n. 202. Müller. ad
Struv. exerc. 17. thes. 45. lit. y.

Nec excipiuntur causæ criminales, nam
etiam in his reo, suspicionibus, & indicis
onerato, juramentum purgationis deferri
potest.

can. Mennam. 7. & can. consuliisti 20.
caus. 2. q. 4. c. fin. de purg. can. Carpz.
pract. crim. p. 3. q. 116. n. 56 & seqq.
Müller. ad Struv. thes. 45. cit. lit. b.
Lauterb. ad tit. de jurament. §. 49. ubi
ait, juramentum hoc locum habere re-
gulariter in omnibus causis, maximè in
criminalibus.

Et procedit hoc etiam quandoque in gra-
vioribus delictis, velut in furto, adulterio,
homicidio, stupro, fractâ pace publicâ, falsi
crimine &c. videantur

Gaill. lib. 2. de pac. publ. c. 7. per
totum. Carpz. p. 1. const. 22. def. 5.
7. & 11. item lib. 4. resp. 41. &
l. 5. resp. 4. n. 14. & 15. Müller. ad
(Rrr) Struv.

Struv. exerc. 17. thes. 45. lit. δ. & exerc. 49. thes. 98. lit. β.

Nihil ergo obest, quod in praesenti agatur de Summa gravi, & tali, ut Licinnius, si causam cadat, sit redigendus ad incitas; nam integratis, & fidelitatis, quae pro ipso militat, fortissima præsumptio præsumptionem perjurii, vel æquivocationis facienda elidit: consequenter paritas non est cum delatis in causa sanguinis, in qua jus presumit, criminis reum potius perjurium commissurum, quam fatendo veritatem, de qua convinci non potest, se morti objicere velle.

9.

Ad 4rum. Juramentum purgatorium etiam locum habet in causis Civilibus, ut id à judice, licet à parte non petitum, deferri possit per textum

c. cum in juventute 12. & c. accedens 14. de Purgat. can. l. præsenti 6. §. sanè 5. C. de his, qui ad Ecclesiam &c. auth. novo jure. C. de pén. judic. quinal. jud. l. fin. S. fin verò 5. de jur. domin. impetr. Müller. ad Struv. exerc. 49. thes. 98. lit. α.

Et sic admittitur, & deferetur juramentum Purgationis in causa injuriarum, etiam Civiliter intentata.

l. furti 6. §. sed & si ff. de his, qui not. infam. l. non dannatos 18. C. ex quib. caus. infam. irrog. Gaill. lib. 2. obs. 106. Berlich. p. 1. concl. 52. n. 20. & 21. & p. 5. concl. 60. n. 3. & seqq. Carpz. p. 1. const. 22. def. 2. & in Process. tit. 12. art. 3. n. 23. & seqq. Setser. de juram. l. 3. c. 11. n. 10. Struv. exerc. 17. thes. 45. & ibi Müller. lit. ε. item ad exerc. 49. thes. 98. lit. β.

Item in matrimonialibus, scilicet pro matrimonio.

Gaill. l. 2. obs. 94. n. 13. & seqq. Schneidew. ad tit. de nupt. n. 24. & seqq. & ad tit. de action. §. 11. n. 30. & duob. seqq. Beust. p. 3. de sponsal. c. 46. 47. & 48. Carpz. p. 1. const. 22. def. 3. & jurispr. const. l. 3. def. 45. Richter. def. 8. n. 25. & 60. Setser. de juram. l. 3. c. 11. n. 7. Müller ad Struv. exerc. 49. thes. 98. lit. α.

Nec minus emptori rerum furtivarum, si se ignoranter tales res emisse afferat.

Carpz. const. 22. cit. def. 7. Müller. ad Struv. thes. 98. cit. lit. β.

Et universum in causa defensionis, præser-tim, ubi, quod factum est, factum dic-tur ex ignorantia, modo ista sit probabi-lis, cadatque in talem personam, in qua toleretur.

Carpz. const. cit. def. 5. & 7.

Ratio est, quia juramentum introductum est in odium maleficiorum.

Carpz. p. 3. q. 116. n. 59. Müller. thes. cit. lit. α.

ne scilicet per malitiam hominum pessimo-rum fama alterius pericitetur; fugillari autem fama alterius potest, etiam in his,

& quibuscumque non tantum criminalibus, sed etiam Civilibus causis. igitur non est ratio, quare ex hoc capite in casu substrato juramentum purgationis Licinnio denegetur, licet, ut præfertur, tantum agatur civiliter. Ex quo sequitur decisio præsen-tis dubii.

Judico ergo, Licinium ad juramen-tum purgatorium in casu substrato admitti posse, ac debere; nam i. mō. ut num. præc. quæst. 10. ostensum est, etiam in causis civiliter agi-tatis locus est juramento purgationis. Et hinc alii cum

Struvio exerc. 17. thes. 44.

omissa mentione criminis, juramentum purgationis, den Reinigungs-Hyd, gene-raliter dicunt esse, quod judex, causa cog-nitā, imponit ei, contra quem præsump-tiones militant, utiis se per illud eximat, & causa dubia decidatur: in quem sensum incidit definitio illa, quam dat

Lauterbach adff. tit. de jurejur. §. 44. ubi ait, juramentum purgationis esse, quo, jubente judice, suspicionibus gravatus il-lud, quod sibi objicitur, fallum esse alle-verat, atque sic innocentiam suam ostendit.

2. Idem Licinnius aliter probare inno-centiam suam non potest, & si causam cade-ret, non tantum ad incitas redigetur, sed etiam laborabit de fama sua, tanquam ma-lè versatus in pecunia dominicali. Cum autem fama non tantum fortunis, sed etiam vitâ sit charior, concedendum ipsi erit re-medium, quo hanc retineat, defendatque, tale autem remedium est juramentum pur-gationis, conformiter ad doctrinam com-munem, quam cum aliis defendunt

Mascard. vol. 2. concl. 956. n. 29. Carpz. p. 1. const. 22. def. 14. Strauch. de juram. supplet. c. 3. §. 10. Müller. ad Struv. exerc. 17. thes. 44. lit. α. Philo-parch. Bluger Beambte. p. 4. tit. 39. §. 6.

juxta quam reus, contra quem adducitur probatio semiplena, in casibus, in quibus juramentum suppletorium locum non ha-bet, non statim absolvendus est, cum ex semiplena probatione præsumptio con-tra eum oriatur, licet ad condemnandum imbecillior, sed in ejus locum jura-mentum purgatorium deferri debet, quo semiplenam probationem, vel præsumptio-nes contra se militantes amoliatur.

3. Memoratus Licinnius vir est famæ in-tegræ, quique fidelitatem suam, & quod alieni non sit appetens, juxta num. 6, lucu-lento exemplo monstravit, estque propte-re a fide dignus, & à quo metui periculum perjurii sine injurya nequit. Aliud esset, si aliquando deprehensus fuisset male versa-tus in pecunia dominicali; tunc enim non fecus, ac ille, qui de furto, perjurio, falso testimonio, vel aliter notatus est c. testimonium 54. de testib. & aitest. ita

ita etiam ipse à juramento purgatorio præstanto rejiciendus esset. Neque obest, quod etiam ille, qui de crimine sibi objecto purgare se debet, diffamatus aliquo modo esse de illo debeat juxta

c. cum dilectis 15. v. si verò. de Purg. Can. nam aliud in jure est esse infamem, aliud quoad juramentum purgatorium esse diffamatum. Infamis vere dicitur ille, cuius crimen est notorium vel notoreitate facti, vel juris; diffamatus verò dici etiam ille potest, contra quem suspicione, præsumptiones, & indicia criminis non levia pugnant, non tamen ita gravia, ut ad torturam sufficient, multò minus talia, quibus crimen, vel innocentia plenè probetur.

6. si quis 4. & c. inter 10. de Purg. can. & tales suspicione ad indicendum, vel admittendum juramentum purgatorium om-

nino requiruntur, quippe quod, hisce suspicionibus deficientibus, vel aliter purgatis, non defertur, ut cum communis no-

Carpz. p. 1. conf. 22. defin. 1. & in Process. tit. 12. art. 3. n. 8. Müller. ad Struv. exer. 17. thes. 45. lit. α.

Censeo ergo, Licinnum audiendum in sua petitione, non fecus, ac ille audiendus est, qui contra præsumptiones delicti, de cuius corpore constat, adversum se alatas, & ad torturam non sufficiens, innocentem se dicit: & consequenter, sicut iste, si alias sit fidei integræ, ita etiam ille ad juramentum purgationis admitti debet, ut innocentiam suam confirmet:

Carpz. p. 3. q. 119. n. 117. Struv. ex-
erc. 49. thes. 98.
ita etiam noster Licinnius. Ita salvo me-
liore &c.

13.

CONSLIUM LVII.

In causa Asyli pro militibus, de vita periclitantibus
ob deserta signa.

SUMMARIUM.

1. Facti species.
2. Rectores Ecclesiarum tenentur recipere consuientes ad suas Ecclesias.
3. Si confuga habet bona propria, ex illis ali debet:
4. Secus, alienus est cum damno, quam fieri potest minimo, Ecclœ.
5. Confuga non potest impediri, quo minus sponte egrediatur ex asylo.
6. Si constet, confugam gaudere asylo, custodiæ ille in loco asyli non potest.
7. Si dubium sit de jure asyli, debet interim Rector Ecclesiæ ad hoc requisitus, custodire confagam, donec causa ab Episcopo examinetur.
8. Desertio signorum non est inter crimina excepta.
9. Miles confugiens ad asylum habet jus ut sustentetur ex stipendiis.
10. Judices tenentur vita gratiam facere consuientibus ad Ecclesias.
11. Deciditur controversia.

FACTI SPECIES.

Dumerosus ab Imperatore ob metum belli sibi inferendi à Gallis, & Hispanis, hodie miles conductus. Inter hos authorari sub signis Cæsaricis se faciunt multi, qui jam tubaliis Principibus antehac stipendia meruerunt, & signa istorum deseruerunt. In horum numero non pauci sunt, qui ante militârunt sub Electore Palatino. Cum hoc pactum init Augustissimus, vi cuius mutuò extradi debent trans fugæ, qui ab alterutrius signis defecerunt. Ab Officialibus bellicis Palatinis Friburgi Brisgojæ

R. P. Schmalzgrueber Consilia.

deprehensi sunt plures hujusmodi desertores, qui proinde ab iisdem Officialibus repetuntur. Hi autem metu poenæ, delicto suo debitæ, lauci scilicet, magno numero asylum querunt in Monasteriis, quibus profinde gravi sunt oneri, præser-
tim hoc tempore hyemali. Obtulit non nemo ex Officialibus Cæsareanis, se datum Monasterio, in quo plures ejusmodi trans fugæ reperiuntur, pro singulis ibi receptis consuetum cum pane stipendum, eâ conditione, ut illud caveat, ne omnino aufugiant, sed eos retineat, usque dum vita gratia pro iisdem impetretur. Alii tamen Officialis bellici ejusdem Augustissimi auditæ sunt dicere, se eosdem tamdiu relicturos in Monasteriis, usque dum hæc illos ultro reddant, qui proinde in odium immunitatis videntur velle gravare eadem Monasteria.

(Rrr 2)

QUE: